



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Dominicvs Loricatvs C. 14. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

564 *Vite Sanctorum.* 14. OCT.

FORTVNATO; peregrinum se hospitio ab eo ejectum, cuius munus esset etiam invitare verecundantem, quam nunc virtutem habitare sub tecto Pontificis cives crederent, unde hospitalitas exularerat? Audiit hæc nescio quis, & non tam misericordia motu quam invidiæ, quam facere FORTVNATO volebat, domo excipit cæli scilicet exulem. Sed malus hospes non minus malam symbolam reliquit, abiensque hospitis filio in ignes conjecto animam elisit. Tum denique infidam hospitalitatis testam pater damnavit. Sed quam cordi FORTVNATO juventus fuerit, audi. Gothus prædam agebat nobilem, adolescentes geminos. Fontifex cum nec precibus hos nec pretio redimere posset, malum vaticinatus est militi, quod illi equus dedit, cum lapsus coxam scisoris fregit. Hoc malo multatus Gothus ulro jam FORTVNATO pueros remisit; sed non gratis. Nam remisit Pont. sanitatem, ingens ægio pectum. *Ex D. Gregorii Dialogis.*

S. DOMINICVS LORICATVS C.

14. Octobris.

**A**udite, qui aras, calices, infulas vel venditis, vel emitis. DOMINICVS à primis annis aris & ipse admotus tandem sacerdotio iniciatus est. Verum quod eos honores nescio quo do-

no

14. OCT. Vite Sanctorum. 565  
no ( pellis credo caprina erat ) parens  
filio mercatus esset , detestatus hic im-  
pia munera adeoque jam se etiam , lon-  
gè fugere statuit partas male dignita-  
tes , & paternum facinus in se vindicare .  
Ad hoc commodissima visa est solitu-  
do , & in hac virorum societas , qui au-  
steram cumprimis rationem vivendi se-  
quebantur . Nempe his unum tota ferè  
vitâ jejunium , deliciæ die Solis Iovis-  
que pulles , cibus per reliquam hebdo-  
madem solus panis erat . Nam de potu  
quid dicam ? aquam lacrimis misce-  
bant . Iam loqui semel in septimanâ  
dabatur , cædere verò flagris sæpius in  
die se , sæpius cædi ab aliis mos recep-  
tus jam fuerat . Hæc omnibus tunc  
communia , at DOMINICO nostro pe-  
cularia illa ajunt : nudam carnem lo-  
ricâ ferreâ onerare , itaque in vigiliis  
sanctis noctes dies perstare ; tum bis  
quotidie Regii Vatis carmina cantando  
decurrere , manu interim utrâq; virgis  
armatâ mensuram imperante . Durum,  
ais , est nimis sic vivere . At sic vivendo  
virgo vixit DOMINICVS , & ut tales  
vos vivatis , Sodales Parthenii , testa-  
mento arna vobis sua legavit . Ex Lipp.

S. HEDWIGIS DUCISSA.

15. Octobris.

IN regium te gynæcum introduci-  
mus. tamen terreare , si ad limina  
pau-